

XXI. Hæc præcedunt in eodem ca-
pite illa, quæ citantur à Serueto: Prius
itaq; ueteri populo uetus erat testamentū
& lex metu populum erudiebat, & uer-
bum erat angelus. Nouo autem & recen-
ti populo, nouum & recens testamentū
datum, & uerbum fuit genitum, & me-
tus in dilectionem conuersus est, & my-
sticus ille angelus Iesus patitur.

XXII. Quid hæc faciunt pro Serue-
to, si uerbum, quod in specie angeli ui-
sum est Iudæis, nunc genitum sit, & na-
tum ex Maria uirgine? An non hoc Pau-
lus manifeste ait ad Rom. i. Qui geni-
tus est ei ex semine David secundum car-
nem? Et addit: Qui declaratus est filius
Dei in potentia per Spiritum Sanctum,
postquam resurrexit à morte? An non
illa, quæ citat Clemens ex Osea, Genesi
& Exodo, clare probant æternam uerbi
ἔσθ' ὁ λόγος? Sed addamus etiam illa quæ se-
quuntur: Lex per Mosen data est, nō à Mo-
se, sed à uerbo quidem, uerum per Mosen
seruum suum, & ideo fuit ad tempus:
Aeterna autem gratia, & ueritas, per Ie-
sum Christum facta est.

XXIII. Videte uerba scripturæ: De
lege